



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

VII. Charta donationis, inter virum & foeminam de eorum rebus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

VII. CHARTA DONATIO-  
*nus inter virum & fæminam de  
 eorum rebus.*

**Q**uicquid enim inter coniu-  
 gatos , de propria facultate,  
 manente caritate , pro amore dile-  
 ctionis , in inuicem condonare pla-  
 cuerit , scripturarum necesse est titu-  
 lis alligare , ne in posterum ab here-  
 dibus eorum , vel à quocumq. possit  
 conuelli . Igitur ego in Dei nomine  
 ille , & tu dulcissima coniux mea il-  
 la , dum & inter nos procreatio fi-  
 liorum minimè esse videtur , ideo  
 conuenit nobis , vt omne corpus  
 facultatis nostræ , inuicem ysufru-  
 ctuario ordine condonare debea-  
 mus , quod ita & fecimus . Proinde  
 dono tibi dulcissima coniux mea , si  
 mihi in hoc sæculo superstes fueris ,  
 omne corpus facultatis meæ , tā de  
 alode , aut de comparato , vel de

H ij

116 MARCVLFI MONACHI  
quolibet adtractu, vbi cumque ha-  
bere videor, & quod pariter in con-  
iugio positi laborauimus, tam ter-  
ris, villabus, domibus cum omni  
præsidio, accolabus, mancipiis, vi-  
neis, campis, pratis, aquis, aquarum-  
ue decursibus, auro, argento, vesti-  
mentis, peculio utriusque sexus, ma-  
iore vel minore; ita ut dum vixeris  
usufructuario ordine valeas possi-  
dere, vel dominare; excepto quod  
pro animæ remedio ad loca sancto-  
rum cōdonauimus, ut inspecta no-  
stra delegatione in omnibus con-  
seruetur, & quantumcumque de  
alode nostra post meum discessum,  
pro communi mercede, ad loca san-  
ctorum legaliter condonare, & de-  
legare volueris, hoc licentiam ha-  
beas faciendi, & inspecta delega-  
tione inconuulsum permaneat; in  
reliquum verò omnes res ipsæ, quā-  
tum post tuum discessum intesta-

tum remanserit, ad nostros legitimos reuertatur heredes. Similiter & ego illa, dulcissime iugalis meus ille, commonet me dulcitudo tua, in compensationem rerum tuarum quas in me visus es contulisse, si mihi in hunc sæculum superstes fueris, dono tibi omne corpus facultatis meæ, vbi cumque, vnde cūque, tam de hereditate parentum, quam de comparato, vel quod pariter labrauimus, totum & ad integrū, tam in villabus, domibus, &c. excepto quod pro animæ remedio ad loca sanctorum delegauimus, vt inspectis ipsis instrumentis, in omnibus conseruetur, & quod de ipsa alode mea, post meum discessum, pro communi mercede ad loca sanctorum relinquere, vel ingenuos relaxare volueris, licentiam habeas, & inspectis ipsis instrumentis, in omnibus conseruetur ; Post tuum quoque

H iiij

118 MARCVLF MONACHI  
discessum, quicquid intestatum re-  
manserit, ad nostros heredes, qui  
tunc propinquiores fuerint, reuer-  
tatur. Si vero quod futurum esse no-  
credimus, aliqui de heredibus no-  
stris, vel quicumque contra hanc  
interdonationem, vnde inter nos  
chartas uno tenore conscriptas fir-  
mauimus, venire aut infrangere vo-  
luerit, nullatenus valeat vindicare,  
sed inferat partibus vestris cum co-  
gente fisco, auri lib. tan. argenti tan.  
præsens vero epistola, in nullo pos-  
sit conuelli, sed firma & inlibata  
permaneat.

VIII. ITEM ALIA SINE ALI-  
qua minuatione.

**I**sta alia à capite instar prioris usque  
dum aduixeris usufructuario or-  
dine debeas possidere, post tuum  
quoque discessum ad legitimos no-  
stros reuertatur heredes, & nullum